Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

nunc aut xpc. In phylosophicum eos in
ducit dogma paulatim. ostendens quam neque
vox eius dei est. neque species. sed superior et figuris
est et loquelis et talibus. Hec enim dicens. Neque vo
cem eius audistis. per hoc non indicat quod vocem
emittat. sed non audibilem. Ita dicens. neque
speciem eius vidistis. non hoc dicit quod speciem sensi
bilem habeat. et invisibilem. sed quam neque vox
est eius dei. alchuinus. Non enim carnalibus au
ribus sed spirituali intelligencia per gratiam spiritus sancti
audiri potest. Non ergo vocem eius spiritualem au
dierunt. qui eum amare et precepta eius obedi
re nolebant. Neque speciem eius viderunt. que non
exterioribus oculis videri potest. sed fide et dilectione.
Criso. Sed neque possibile erat eis dicere quod pre
cepta eius suscepissent et servarent. Ideo con
subiungit. Et verbum eius non habetis in vobis
manens. id est precepta dei. legem et prophetas. Et si
enim ea deus constituit. sed apud vos non sunt.
Si enim scripture ubique docent ut in eum credatis.
Vos autem non creditis. manifestum est quod sermo
eius defecit a vobis. et propter hoc subdit. Quia
quem misit ille. huic vos non creditis. alchuinus.
Vel aliter. Verbum quod in principio erat non habent
in se manens. qui verbum dei quod audiunt et me
morie tenere et opere implere contempnunt. Dix
erat igitur se habere testimonium a iohanne. ab operibus
a patre. addit et testimonium a lege que data est
per moysen. dicens. Scrutamini scripturas. in quibus pu
tatis etiam habere. et ille sunt que testimonium perhibent
de me. Quasi dicat. Vos qui in scripturis putatis vi
tam eternam habere. et me. quasi contrarium moysi
repudiatis. testimonio ipsius moysi me esse
deum intelligere poteritis. si ipsas scripturas diligen
ter investigatis. omnis enim scriptura testimonium
perhibet de xpo sive per figuras. sive per prophetas. sive
per angelorum ministeria. Sed huic iudei de xpo non
crediderunt. et ideo vitam eternam habere non pos
sunt. unde sequitur. Et non vultis venire ad me
ut vitam habeatis. Quasi dicat. scripture perhibent testimo
nium. et tamen per tot testimonia non vultis venire
ad me. id est non vultis credere in me et a me querere vitam eternam.

Crisostomus. Vel aliter. potest continuari. possent vi
ri dicere. Qualiter si vocem eius non audivimus.
deus tibi testatus est. Et ideo dicit. Scrutamini
scripturas. ostendens quod per has testatus est deus de
eo. Etenim in iordane testatus est et in monte.
Sed vocem quidem tunc in monte non audi
erunt. tunc autem in iordane audierunt. sed
non attenderunt. Propterea mittit eos ad scriptu
ras. ostendens quam et patris testimonium inde est.
Non autem ad lectionem simplicem scripturarum.
sed ad scrutacionem exquisitam eos mit
tebat. quia ea que de eo dicebantur in scripturis.
desuper obumbrabantur. neque in superficie expri
mebantur. Sed velud quidam thesaurus recondi
tantur. Non dicit autem. In quibus habetis vitam
eternam. sed in quibus estimatis vos habere. osten
dens quam non capiebant magnum fructum
et nobilem ex scripturis. sola lectione estiman
tes se salvari etiam fide carentes privati. Propter quod
subdit. Et non vultis venire ad me. quia ei
credere nolebant. Beda. Quod autem venire
progredere ponatur. psalmista manifestat di
cens. accedite ad eum et illuminamini. Sub
dit autem. Ut vitam habeatis. Si anima que peccat
moritur. et ipsi anima et mente mortui erant.
promittebat ergo vitam anime vel felicitatis eterne.

Claritatem ab hominibus non accipio. Sed cognovi vos quia dilectionem dei non habetis in vobis.

Quia dominus. Criso.
Superius inducerat io
hannis. et testimonium
dei. et operum suorum. ut
eos ad seipsum attra
heret. plurimus erat
multos suspicari quod
hoc diceret. gloriam homi
num amans. Et ideo
contra hoc dicit. Clarita
tem ab hominibus non ac
cipio. Hoc est non indigeo.
Non enim est mea natu
ra talis. ut indigeam ea
que ab hominibus est gloria.
Sicut enim sol a lucerne